



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

Capvt XVIII. Quartam morborum caussam, esse cacodæmonem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

gationem feritatis sua, & purgationem ipsius naturae: quandoque propter peccata hominum, & cum illa plagantur, ut subterabuntur, quae diligit homo, attendat ipse homo, quanta pena dignus sit, qui maiore veitur ratione. Etenim nisi exigerent peccata hominum, non ita singulariter animalia, quae ad manum hominis sunt, affligerentur. Sed nec ipsa sine magna justitia patiuntur. Nam, aut erit eis ad celeriorem vitam finem, aut ad minorem misericordie laborem, & natura fortis consumptionem; aut propter mutationem temporum, aut ex incuria hominis labore proneniente. Timeat ergo homo prae catenis me Deum suum, & tanto minor sit circa creaturas meas, & animalia, quibus & propter me caru Creatorem misereri debet. Ideo enim ego Deus precepit homini de Sabato, quia cura est mihi de omni creatura mea. Adiiciam, quod de dolore partus subdit oraculum. Ad secundam questionem, cur omnia nascantur cum dolore, respondeo: homo quando contempnit delectationem pulcherrimam, statim incurrit uicem laboriosum, & quia inordinatio coepit in homine, & per hominem; Injustitia mea est, ut etiam alijs creaturis, quae sunt propter hominem, aliqua amaritudo sit propter temperamentum delectamenti sui, & fomentum nutritimenti sui. Ergo nascitur homo cum dolore, & progreditur cum labore, ut ad quietem veram festinare studeat: moritur vero nudus, & pauper, ut refrane inordinatum modum suum, & timeat futuram discussiōnem. Animalia ideo etiam pariunt cum dolore, ut excessum temperes amaritudo, & participes sint hominis in labore, & dolore; propterea homo, quantum nobilior est animalibus, tanto feruentius diligas uicem Domini Creatorem suum.

## C A P V T X V I I I

*Quartam morborum causam, esse cacodemonem.*

**S**t homo exitij sui morborumq; & mortis causa, immo etiam aliquo modo, ut & cetera animalia moriantur. Sed, ut causa esset, diabolus, pessimus consultor fecit. Hinc primogenita mors haud immerito appellatur. Quemadmo- dum enim ipse est lux mortis inuentor, ita postquam Deus creauit hominem inextirpabilem, & ad imaginem similiudinie sua fecit illum, inuidia diaboli mors intruixit in orbem terrarum. Itaque sicut

Coloff. 1. 18. sicut Christum Paulus Primogenitum ex mortuis, & Ioannes Primogenitum mortuorum vocat, non solū quod fuerit primus ad vitam immortalem resurgentium, & ante alios quasi regenitus beata ista resurrectionis natuitate; sed etiam quod fuerit exemplar, Princeps & principium istius resurrectionis: ita satan fuit & sibi, & alijs Princeps, principium & inuentor mortis. Hinc jure nominatur Rex locistarum, Angelus abyssi, cui nomen Hebraice Abaddon, Grace autem Apollyon, Latine habens nomen Exterminans. Numquam Eua tam audax fuisset, ut ad veritatem fructum manus extederet, nisi callida arte eam aggressus esset versipellis serpens. Primò insidiosè interrogavit, deinde perficitè mentitus est, denique vana scientiarum spe illam pellexit. Cur, inquiebat, precepit vobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Et cum timorem mortis intentatae audijset obstare inobedientia, proterue dixit. Nequaquam morte morieris: & illecebras adiens: Scit enim Deus, quod in quocumq[ue] die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij scientes bonum & malum. Hinc fundi nostri calamitas: haec morborum & mortis est origo. Inuidia diaboli, qui ferre non poterat, ut ab hominibus vacue Angelorum sedes re plerentur, consueto calumniatoribus more, morbum suum Deo attribuit, quasi hominibus scientiam deorum inuidideret. Huic ergo omnis mali authori gratias agant, qui impatienter ferunt, humanum genu in tantas calamitates incidisse.

## II.

Tostat. Pa-  
ralip. 21. q. 10. Nec satis fuit huic exterminatori, quasi uno ictu omne genus nostrum sauciasse, idem postea in hunc usque diem tentare, continuauit. Quin etiam ipse Deus dæmonis, tamquam carnificis ministerio & tortoris opera utitur non solū ad malos varijs modis puniendos, sed etiam ad ipsos justos probandos & exercendos. Etsi enim etiam boni Angeli siue ad justos, siue ad impios affligendos a Deo adhibeantur, ut, cum utique Angelus sanctus femur Iacob percussit, & neruus statim emarcuit; attamen frequentius est, & communis prouidentia lege sancitum, ut boni Angeli non nisi temporalis supplicij impiorum ministri sint & executores, mali autem & temporalis & sempiterni. Hoc autem est inter bonos & malos discrimen, quod boni quidquid agunt circa

Gen. 12. 25.

circa homines, sine odio, & ira, & malitia agant; mali autem cum appetitu vindictæ & libidine puniendi, morbos, mortesque inferant. Cuius doctrinæ author est S. Dionysius scribens: *Nihil malitia sanctorum Angelos contrahere ex eo, quod peccatores puniant.* Et S. Dionys. de diu. nom. c. 4.

D. Augustinus ait: *Sancti Angeli sine ira puniunt, quos accipiunt a eterna legi panierdos.* Idem sentit Theodoretus super illud, *immisio nes per Angelos malos, hos enim supplicij ministros neque naturæ, neque electionis malitiam habuisse dicit, sed non aliter malos vocatos, ac malam diem supplicij diem appellamus.* Quod etiam vult cum Basilio Apollinaris in illud: *Et Angelus Domini perse quens eos.* Nam sanctus utique Angelus erat, de quo dicitur: *Et collocavit ante Paradisum voluptatis Cherubim, & flammœum gladium atq; versatilem ad custodiendam viam ligni vite.* Sancti Angeli, qui subuerterunt Sodomam, qui ceciderunt Assyrios, qui flagellarunt Heliotorum, qui impuros illos Babylonicos senes, apud Danielem, & denique Herodem percusserunt. Itaque verosimile est, ubicumque Angelus Domini, in diuinis litteris, ponitur, bonum Angelum intelligi: licet D. Hieronymus in illa: *Angelum Domini persequens eos, existimat de Angelo malo sermonem esse, quem putat dici Angelum Domini, quia Dominus illum creauit, & Dominus illum habet in potestate.*

Bonis ergo & malis Angelis hominum mala ascribi possunt, quia utrisque Deus utitur tamquam ministris; sed malis præcipue mala nostra adscribenda sunt, non solum, quia malevolè puniunt, verum etiam quia prima origo fuerunt, ut peccatum in orbem terrastum, & per peccatum mors atque incubi mortis ante ambulones intrarent. Accedit, quod non modo Deus eorum operâ ac ministerio sâpe peccatores corripiat, ut per exterminatorum in Ægypto, & per spiritum, qui decepit Achab; & per spiritum malum, qui inuasit Saul, & per Satanam, cui peccatores cruciando tradidit Apostolus; immo, quod etiam per eos solos æternis supplicijs affligat damnatos; sed quod justorum quoque persecutio[n]es & exercitium peculiariter dæmoni demandet. Nam, ut D. Chrysostomus obseruavit, non videtur Deus id munus demandare sanctis Angelis, qui res humanas ex officio procurant, & nostris bonis gaudent, & quodammodo de nostris supplicijs

## III.

Exod. 12.  
3. Reg. 22.  
1. Tim. 1.  
1. Cor. 5.

D. Chrysost.  
tom. 3. homo  
de Ascensione.

plicijs dolent, eaque, velut fidi custodes conantur auerruncare.

Sicut enim, diaboli odio & malitia, multi ægrotant, & cruciantur, ita sancti Angeli ex benevolentia, benignitate, & ardentissima charitate, amoreque nostræ incolumitatis, & bonæ valetudinis, nisi aliud exigat diuina voluntas & gloria, ad quam maximè attendunt, sunt curatores & procuratores; & velut vnius Ecclesiæ partes, altera fortior, semperque valens, alterius infirmati & miseræ corporis & animi miserata subuenit, ac teste

S. Augustin., pars, quæ in sanctis Angelis beata persistit, sua parti peregrinanti, sicut oportet, opitulatur, quia utraq; una erit consortio aeternitatis, & nunc una est vinculo charitatis. Hinc sunt, qui illa-

Iob. 33, 24. verba, quæ in libro Iob legimus: *Libera eam, ut non descendat in corruptionem,* accipiant de Angelo, pro ægrototo deprecante, atque ægroti sui miserto. Constat sanctum Raphaëlem

Archangelum, unum è septem illis primis principibus, qui ante Deum astant, descendisse, ut vel Tobiae priuati hominis, senis, ac moribundi depelleret cæcitatem. Neque sine peculiari causa, post factam medicinam, & restitutam sanitatem, se medicinam Dei, suo

Tob. 12, 14. nomine atque officio professus est, quando dixit: *Misit me Dominus, ut curarem te, & Saram à demonio liberarem.* Id autem ipsum,

quod Raphaël, id est, medicina Dei, peculiari suo nomine significauit, utique credibile est etiam multos alios Angelos re ipsa prestatisse, quando clientes suos, exhibita iuuisibili sui patrocinij & custodiæ medicina, morbis periculisque grauissimis liberauerunt.

S. Augustin. Magna, inquit S. Augustinus, cara, & vigilanti studio adsunt nobis, lib. soliloq. omnibus horis, & locis succurrentes, & prouidentes necessitatibus nostris, cap. 27. & sollicitudine currentes inter nos & te, Domine. Tantum ergo abest, ut vel corpori, vel villa in re nobis velint nocere boni Angeli, nisi maius inde nobis emolumentum, aut Dei gloria proueniat;

etiam ex officio, & benevolentia atque amore, mala à nobis abarcent, eosque prohibent, qui nobis aut verbera, aut vulnera, aut grauiora damna machinantur.

I V. Certè boni Angeli non fuere, qui tyrannos ad dirissimam queque martyribus tormenta inferenda incitauerunt. Quis fuit, qui tot malis morbisque Iobum cooperuit? Clara est Scriptura: Iob. 2, 7. *Egressus igitur Satan à facie Domini percussit Iob ulcero pessimam, à plana*

planta podis usq; ad verticem eius. Et quod peculiari quadam ratione dæmon sit dolorum morborumque minister, innuit. Apostolus. Siquidem Angelum satana, qui illum colaphizabat, simul carnis, dolorem vehementissimum corporis fuisse censet. D. Augustinus. Quem dolorem, ut suprà indicaimus, D. Hieronymus censet fuisse grauissimum capitis cruciatum. Perspicue morbi diuturni cauſa fuisse fertur inuidus ille, & in totum genus humanum sœuus spiritus, de quo Lucas hæc habet: *Et ecce mulier qua habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.* Cauſam huius mali aperuit Seruator, cum hypocritas Sabbati violationem obijcentes refutaret, dicens: *Hanc autem filiam Abraha, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die Sabbati?* Itaque rectè pronuntiauit S. Pater, quando scripsit: *Dolores corporum plerumq; immittuntur ab Angelis satana.* Cui, vt est mille artifex, non sufficit, curuare membra hominis, procurare ulceræ, & inferre morbos manifestos; sed etiam pestes ab humana Philosophia reconditas, occultiore quadam arte, iniicit, quarum cauſas atque rationes nemo potest assequi. Etsi enim subinde quædam ignotis naturæ viribus accident penitus admiranda, qua de cauſa Synesius & Plotinus naturam Magam appellauerunt; quippe quod interdum in apostematum sinibus & concavitatibus, res similes lapidibus, testis, lignis, carbonibus nasci, authores sunt Galenus & Celsus: tamen frequentius id ipsum, si non semper, dæmonum viribus præstigijsque continet. Hinc dæmoniacos hos morbos vocat Arabs ille Alsa- uius.

Eiuscmodi ægrotorum exempla ratione melancholiæ recenset Petrus Forestus in suis medicinalibus observationibus; & alia multò admiratione digniora, accumulat Ioannes Langius. Inter quæ illud, quod Anno 1538. in quodam Eichstettensis distinctionis pago contigit, quod nisi oculati & fide digni testes interfuerint, omnem fidem superare videretur. Agricola quidam erat, nomen illi fuit Ulricus Neuseßler. Hunc siue venefica anus, siue ipse Stygius Alastor ita miserè fascinavit, ut tametsi nullum ullius morbi vestigium in eius corpore appareret, tamea imma-

2. Cor. 12, 7.

S. Hieronymi  
ad Galat. 4.

Luc. 13, 11.

S. Augustini  
in Psal. 130.Galen. l.2. ad  
Glauc. & l.14.  
method. Cels.  
l.7. c.6. Alfa-  
har. cap. 34.  
sue pract.

V.

Petr. Forest.  
lib.10. obs. 19.  
Ioan. Lang.  
epistola me-  
dicti. 38. lib. 1.

Y. 2. eibut

nibus tormentis cruciatus nullam interdiu, nullam internocu-  
quietem caperet. In his tam monstrosis doloribus, vsque ad fi-  
nem vita fuit. Postquam defunctus est, medici consuluerunt,  
aperiendum, vt fons mali iuueniretur. Conuenere chirurgi, cul-  
trum admouerunt. Cor erat sanum, pulmones integri, renes  
illæsi, intestina omnia suo loco imperturbata. Tandem & ventri-  
culum aggressi sunt, eo dissecto, lignum teres & oblongum, qua-  
tuor è calybe cultros, & quædam alia aliorum ferramenta spi-  
tami longitudine maiora repererunt. Nimirum & hoc, & ple-  
riue morbi per maleficium illati, sunt prodigiis. Omnia autem  
prodigiosissimum est, quando per os, vel imum guttur ejicitur  
æger spinas, ossa, ligna, saxa, fragmenta vitrorum, acus, cul-  
tros, & alia ferramenta, glomos pilorum, pannos, setas, cornu  
laternarum, atque alia talia, quæ comeditione in corpus immitti  
non potuere. Contigit hoc anno Pisis, ait Cæsalpinus de inuestig.  
dæmon. hac vidisse multis spectantibus. Quidam à demonibus ob-  
sessa sapientia, modo inter adjurandum, modo postea ejecit corpora, &  
magnitudine, & forma per se ineptissima, ut deuorarentur, clavis  
ferreos prælongos, ossa, lapides glomos lanceos, carbones, aliaq[ue] multa,  
in calcitra antem, ea regione, qua thorax incumbebat, præcipue quia  
cor, globuli multi reperti sunt ex plumis affabre efformati, diversis  
figuris; sed plurimi instar rosarum perpetuis plumarum tenuissima-  
rum ordinibus, nunc filo impliciti, nunc solo glutine: alia genera  
reperta sunt in cervicali, quia caput residebat.

V I. Similia plura exempla referuntur à Benjuenio de muliere  
Benjuen. lib. Florentina, à Nicolao Remigio; & de puella Leuuensteinensi in  
de admirand, historia Germanica, hac de re excusa An. 1562. Sed vetera mitto,  
morb. causis. Nic. Remius audiui multos oculatos eiusmodi morborum testes; ipse Bru-  
lib. 3. dæmo- nouij Anno 1618, vidi, in præcipua domo, locum & hominem  
nolat. cap. 1 non minime authoritatis, cui certis diu temporibus tantus ca-  
put occupabat dolor, ut omnes eum existimarent moriturum.  
Frustra fuere omnes medici, frustra omnes medicinæ. Tandem,  
vt sit, ventum est ad diuinitatē factæ preces, vota, peccatorum con-  
fessio, & ecce, dum in prædio dominus dominus mensæ accumbit,  
rum pitur superius triclinij tabulatum, supra ipsam mensam;

Ne  
adie

Ne ergo rudera in cibos, & super edentes caderent, jussit herus fractos asteres remoueri. Quod dum fit, reperiunt ibi mortui hominis caluam, quam vbi in coemeterium retulerunt, sensit se illico dominus cruciatu liberatum. Nec postea usque ad mortem aliquid incommodi in capite passus est. Suspectus erat prior inquilinus, qui a grê domo cessit. Alia magni nominis matrona multis cum marito annis pacificè habitauerat, semper improlis, marito tamen omnia diuina humanaque remedia adhibente, ut hæredem adipisceretur. Sed in cassum omnia. Ita sterilis è vita excessit. Iussa est exenterari, cum in utero patefacto, & superi, quæ non fæces, & retrimenta inuenta sunt? ibi magni pilorum glomi & lanarum, ibi resecti vngues; ibi vngulæ caprarum; ibi omorum fragmenta; ibi putamina nucum, & quid non vilissimatum rerum, abdita jacuerunt: ut prorsus negari non posset, non nisi magica arte illuc illata fuisse, ad foetum impediendum. Quare meritò viduus postea & secundam uxorem, è qua senex admodum liberos suscepit, attentè contrahuiuscemodi beneficia muniri custodirique, & in sagas diligenter inquireti jussit.

Quid ni per sua mancipia talia occultis artibus machinaretur? cùm ipsos Dei seruos, aperto marte, aggreditatur? & vel ferro trucidet, si non potest tollere veneno? Philippus Alegambe, in Indice Martyrum Societatis Iasv, hoc habet. *Christophorus de Mendoza*, nobilissimo inter Hispanos genere natu*s in Persuio, in Paraguaria Canguanos Provincia Tapensis populos Christiane fidei praceptis imbuiebat; ubi à Veneficorum agmine (quod enim per se non potest Orcu*e*, per suos facit) à quibus iam fuerat dudum designatus ad cadens, tamquam suarum machinationum explicator, exceptus, primùm sagittis eminus, mox cominus gladiis appetitus, altera aure recisa, labro superiore cum dentibus renulso, mox etiam mento detracto, tum aure altera, naribusq*e* præcisis, lingua ab radice, & continente du*ta* in toto thorace, ventre, virilibus conuulsis atq*e* abstractis, confectus est, Christum illis ad usq*e* extremum spiritum predicans. Hanc viam manifestam inferri posse à veneficis ope dæmonis non est creditu difficile, cùm quilibet homo viribus naturæ id facere possit, ut ostendunt quotidiana homicidia latrociniaque. Vtrum autem*

## VII.

Phil Alegâbe  
in Indice mar-  
tyr. num.  
ECLVII. ex Pa-  
Petri Friolæ  
locij ipsiuslites  
teris datis ad  
P. Iosephum  
Oregium s.  
Oct. 1656. &  
P. Francisco  
Diaz. Procu-  
ratore Para-  
quarie, quid  
Romæ narra-  
uit An. 1639.

X 3 illa,

illis, quæ suprà recensauimus, occulta dæmonum arte procurari possint, video à nonnullis dubitari, ab alijs etiam negari.

## VIII.

Auicenna, Galenus, & post eos Pomponatius ac Leainus Martin. Delr. Lemnius, et si dæmones esse malignos non inficiantur, atque ea lib. 3. disquis. propter, ex malevolentia utique velle ciuscemodi mala hominibus inferre credant, posse tamen negant morbos ullos hominibus iniijcere, è quod illis opus non sit ad ista mala procreanda, quæ omnia ex naturalibus caussis nasci posse arbitrantur. Quod et si illis daretur, tamen non rectè concluderent: Possunt omnes morbi à naturalibus caussis prouenire, ergo non possunt prouenire à dæmonibus: quemadmodum si quis diceret: Potuerunt septem Saræ viri ab hominibus occidi, ergo non potuerunt occidi à dæmonio: deceptus est ergo Tobias, quando dixit: *Audio, quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia demonium occidit illos.* Sed aliter ratiocinatus est Tobias dicens:

Tob. 5. 14:

*Timeso ergo, ne forte & mihi hac eveniant.* Neque ab Angelo Tertull. in Raphaele refutatus est. Quare aliter docent Tertullianus, Hieron. in c. ronymus, Chrysostomus, & eum S. Thoma Theologi omnes: 4. Matth. S. quibus consentiunt Iuristæ, vt Burchardus, & Grillandus; nec Chrys hom. non & Medici Condronchus, Cæsalpinus (qui suam sententiam 54. in cap. 17. Matth. S. etiam Hippocrati tribuit, quem Auicenna & Galenus ad se Thom. i. p. q. trahere conantur) Fernelius, Valesius, itemque Arabius. 215. a. 5. Bur Pro quibus, si superius à nobis enumerata exempla fidem chard. lib. 19. non merentur, certiora habentur in diuinis litteris; vt illud Decretal. c. de re magica ipsum de Saræ septem viris, & de Job vlcere pessimo, per Stygiū Pet. Leloy. li. calumniatorem percusso; & de Saule atra bile vexato, de quo 2. de spectr. c. clarè affirmatur: *exagitabat eum spiritus nequam.* Et in nouo testamento, vnum legitur aurium & linguae vsu priuasse, ac simul Job. 1. 1. Reg. epilepticum reddidisse, qui lunaticus vocatur, non quasi dæmon. 16. 14. Marc. 9. niacus non esset, sed quod à dæmonie ita ob sideretur, vt plenilunij 17. Luc. 9. 36. tempore, arte dæmonis, comitiali morbo grauissimè affligeretur; Matth. 17. 34. quia tunc cerebrum humoribus plenum aptius erat exagitari. Itaque licet aliqui sint lunatici & non dæmoniaci, alij tamen non sine dæmonie ad lunæ incrementa vexantur. Alium diabolus illo genere maniq; affixit, quam lycanthropiam vocant, cuius est, non posse contineri domi, sed in deserta loca excurrere, &

circa

circa sepulchra oberrare. De muliere curvata, quam conuulsiōne spinæ dorsi alligauit, suprā mentio est facta. Ut adeò, qui negant, morbos nonnullos à dæmonibus prouenire, inter Ethnicoꝝ & Atheoꝝ sint annumerandi. Iosephus sanè Iudeus Salomonem hos dæmoniacos morbos curandi artem à Dgo edoctum his verbis memorat: *Praefuit Deus etiam Salomoni, ut contra demones artem, ad utilitatem hominum, & eorum curas ediceret.*

Ob hanc malitiam & potentiam nocendi tam varia nomina sortitus est diabolus. Dicitur enim 1. *Angelus persecutens, & interficiens* Ægyptios, qui Hebraicè *Mashbir*. id est, *Percussor*, vel *homicida*, vel *corrumpens*, aut *perdens*, Græce *Olothreutes*, id est, *perniciem afferens* vocatur. 2. Nominatur *Angelus crudelis*. 3. *Angelus exterminator*. 4. Appellatur πνεῦμα δολεριας, *Spiritus infirmitatis*, quia dæmones in sacris litteris nomen habent ab effetu, vnde dicitur *Spiritus infirmitatis*, qui facit infirmos; *Spiritus avaritiae*, qui impellit in avaritiam; *fornicationis*, qui incitat ad fornicandum. 5. Nuncupatur *Rex abyssi*, Hebraicè *Abaddon*, Apocal. 9. 11. Gracè autem *Apollyon*, Latinè habens nomen *Exterminans*. 6. Denique dæmones nomine *mortiferorum* intelliguntur, quibus vita impiorum dicitur appropinquare. Permittuntur enim à Dgo isti spiritus, ut in vindictam scelerum impijs, aut in meritum coronę pijs morbos immittant. Quod vel Ethnici ipsi agnouerunt, qui certos quosdam morbos dijs suis, hoc est, diabolis attribuerunt, ut de *Ceritio*, qui dicti sunt *Cerericeti θηριόλυποις*, de lymphaſis, de Panicio ſimilibusque conſtat. Hinc Phœbades, hinc Mænades, hinc furiata mente Corybantes: hinc fanaticos & varijs linguis in morbo loquentes θυμονύτæ, vel ab Hecate, aut ab Heroibꝫ infestatos appellabant. Qua de cauſa etiam Leuinus Lemnius tandem dat manum, & fatetur, dæmones huiusmodi morborum cauſas esse. Quod si igitur poſſunt morbos ciere, nec dubium eſt, velle, quis neget eos id facere, si permittantur?

Reſtat, ut indagemus modum, quo id faciunt. Varij ſunt modi, ſicut & morbi. Aliquos Francisc. Valesius indicauit. 1. Id facit dæmon tāquam cauſa externa, nam extrofucus adueniens corpus inhabitat, & malus inquilinus domum turbat, omnia ſusque deque vertendo, ſine alia materia, vel interna agente, cauſa,

IX.  
Exod. 11. 23.Prou. 17. 11.  
Judith 8. 25.  
1. Cor. 10. 10.  
Luc. 13. 11.Lucian. in  
Philopseu. &  
Hippocrates  
de ſacr. morb.  
Leuin. Lemni.  
lib. 2. de occul. nat. mi-  
rac. cap. 3.X.  
Franc. Vale-  
ſius c. 28. ſacr. Philosoph.

176 Cap. XVIII. Quarta morborum cauſſa, cacodaemon,  
cauſſa, dum impedit, vel laedit ſenſationes, vel ſpiritus animales  
detinet, aut subtrahit. 2. Si morbi ex materia pendeant, mouet  
internas cauſſas, vt enim melancholiam excitet, bilem atrā com-  
mouet, ac fuligines in cerebrum & ſenſuum internorum cellulas  
propellit; moxque per cauſſas exurentes, vel detentionem iſtius  
humoris, ne expurgetur, bilem auget. Vnde triftitiz, & despera-  
tiones oriuntur. 3. Ut epileptiam, paralysim, & ſimiles noxas  
procuret, cōgregat ſuccum crassiorem, quo ventriculum cerebri  
obturet, vel nerovorū radices obſtruat. 4. Cæcitatem, vel ſur-  
ditatem creat, per noxia excrementa ad aures, vel oculos coacer-  
uata. 5. Odium, amore, aliasque animi perturbationes indu-  
cit, dum mouet internas rerum imagines, vt in imaginatione  
firmius inhærefiant. 6. Potest ē rebus venenosissimis, id, quod  
eft maximē virulentum, educere, & eo inficere ſpiritus vitales,  
animales, aut ſanguinem ipsum ac ceteros humores. 7. Eos mor-  
bos, qui ab internis cauſſis non pendent, ſed ab extero tantum  
nocumento, vel noxio afflato, plerumque per ſe operatur; vt  
quando instrumenta maleficij, vnaſtiones, ſigna, res defoſſæ &c;  
ad ipsum veneficium vim naturalem nullam habent. Tunc enim  
ſunt pro ſignis dumtaxat, ad quæ ex pacto dæmon operatur.  
8. Nec dubium eft, poſſe eum per res externas homini vim in-

Galen. lib. I. ferre, premendo, cædendo, fauciando. 9. Quædam, quæ natu-  
ad Glauc. raliter quoque, medicis testibus, poſſunt in corporibus humanis,  
Celsus lib. 5. ex prauis humoribus coaleſcere, poſſunt etiam arte dæmonis ge-  
cap. 6. Leuin. nerari, per eosdem humorē ab illo conſtipatos: vt ſunt topi,  
Lemn. lib. 3. lapilli, capilli, oſcilla, conchylia, spinæ, glomi pilorum. Facile  
de occult. enim poſteſt vlcera, & in vlceribus eadem creare, quæ vi naturæ  
nat. mirac. morbi aliæ collegiſſent. 10. Acus, cultri, clavi, forſices atque  
cap. 40. alia talia metallica artificiosè conformata, quæ nulla naturali vi  
ex putrefactione poſſunt, vel tam breui tempore, vel tam artifi-  
ciosa diſpoſitione in corpore humano conuenire; & tamen vi-  
dentur ſubinde ē corpore excerni, aut exſecari, varijs modis vi-  
dentur. Aliquando, per illuſionem ſenſuum, humorē qui eiſci-  
untur: aliquando ipſe aēr condensatus apparet eſſe acus, cultri  
&c. aliquando celeritate dæmonis veri cultri, & ſimilia, quæ in  
corpore numquam fuerunt, videntur euomi: aliquando, vt Bins-  
feldius

feldius aduertit, dæmon hominem profundo somno demergit, & sensum doloris eximit, mox membrum dextrè incidit, ut cul-trum, testam, & similia inserere possit; vbi inseruit, eadē rursus subtilitate, more chirurgi, vulnus adeò consolidat, ut nulla cica-trix, vel vestigium relinquatur. Aliquando res tales solidas in-star pulueris comminuit, atque in corpus illatas, rursum vnit, idque adeò velociter, ut humanis oculis integræ emitti, & immiti videantur. Sed quis vult omnes modos ruspari, quibus mille artifex viritur ad nocendum mortalibus, vel illudendum?

### C A P V T     X I X.

Quintam morborum aliorumq; humanorum malorum caussam  
esse sagas, veneficos, alijsque cacodamonis  
ministros.

 Vemadmodum D'evs non solùm ipse prouidet consu-litque hominum saluti, verùm etiam Angelos Aposto-losque mirrit, qui nos doceant, dirigant, custodian, in vita & virtute conseruent: ita simius Dei diabolus & ipse tam-quam leo rugiens circuit quarens, quem deuoreat, & insuper alias le-gatos sociosque legit, per quos noceat. Sicut enim, quando so-lus sibi non videtur sufficere ad hominem diuexandum, vadit, & Matth. 12. 45. assunit septem alias spiritus secundum nequiores se: sic etiam, quia-sæpe non satiat malitiæ suæ sitim ijs damnis, quæ ex Orco proeu-rat, homines ipsos in homines immittit; & non rarò plus potest per istos, quam per semetipsum: non quasi homines sint diabolis potentiores, quorum ope & viribus vtuntur; sed quia horum-maior est ad nocendum libertas, dæmonum autem libido sæ-viendi plerumque ligata impeditur, ne tanta damna inferat, quanquam malitiæ incitautur ad ea inferenda. Hi spiritus, inquit D. Cyprianus, sub statuis atq; imaginibus consecratis delitescunt, hi S. Cyprian. de afflatus suo variis pectora inspirant, extorum fibras animant, animu-mvolatius gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt, falsa veris semper inuolunt: nam & falluntur, & fallunt: vitam turbant, sonos in-quietant, irrepentes etiam in corporibus occulte mentes terrent, membra distorquent, valetudinem frangunt, morbos laceffunt, ut ad

I.

1. Petr. 5. 8.

Matth. 12. 45.

S. Cyprian. de  
idol. vanit.

Z

cultuino